



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Argmen. Posterioris S. Petri Epistolæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

ARGVMEN. POSTERIORIS

S. PETRI EPISTOLAE.

AD eos secundum scribit epistolam ad quos scripsit primam. Sic enim ipse fatetur in cap. 3.
Hasce iam alteras uobis charissimi scribo literas. Ceterorum monitoria est epistola permultum habens adhortationis. Dum enim spiritu quodam diuino persentiscrevit diem fatalem sibi astare præforibus, amore paterno et apostolica cura adactus, uoluit prius Asianos adeoq; & totam Christi ecclesiam minore aliquo egregio dominare. Ostendit ergo ijs quod ea religio in qua tunc agebant uera & absoluta sit religio: deinde uero adhortatur ut in hac persistent, innocentiae ueræ studeant. Addit protinus & quedam certa ueræ religionis testimonia, quibus suffulti firmius perstare queant. Hic iam pseudoprophetas quosdam uenturos prædictit, quorum nomine hoc ardenter ad constantiam adhortetur. Hos enim uiam ueritatis blasphematueros habiturosq; dementiæ suæ complurimos sectatores. Illos uero graphice per integrum cap. 2. depingit, differens de artibus infan-
dis, peccatis, uersutijs, demum & de interitu eorum. Quibus summa diligentia absolutis in 3. cap. de impijs postremi sæculi moribus scribit, de contemptoribus diuinij iudicij, aduersus quoru[m] impudenti[u]m effrenem ius-

K 5

EPISTOLA

diciū dei futurū afferit, docens fideliū esse, ut contemptū
impijs illis ipsi sese parent ad diem illā certissimā quidē,
sed nemini tamē cognitam. Porrò hæc omnia argumentis
agit pressis & densis, evidentibus atq; clarissimis.
Stilus enim grauis est, sed argumentū facile pijs, et quod
singulis propemodum uerbis maxima offerat mysteria,

ARGUMENTVM PRIORIS S. IOAN. APOSTOLI EPISTOLAE.

Status.

DELIBERATIVI generis est Epistola.
Nam hortatur credentes, ut puritate uita &
charitate fraterna, Christum exprimant. Initio autem
totum Christi negotiū paucis proponit. Deinde ne quis
ex redemptione Christi peccandi sibi (id quod pleriq;
tum quoq; solebant) arriperent licentiam, docet fidem
in Christum congenitam sibi habere puritatem uitæ: ad
cuius amorem & studium uehementissime inflamat.
2 Cæterum erant qui currentes in uia domini remoraren-
tur hæretici & homines maligni: hos ergo fugiendos
suadet, ut antichristos, & annunciatæ ueritati induisse
5 hærendum. Mox reddit, & iterum ad puritatem uitæ
animat. A qua deinde ad charitatem transit, adhortas,
ut hac fratribus sincere seruiamus, & re ipsa, nō uera-
bis